nubis. in aquis patrib; loquebat͛. q͛ p figuras 7 enigmata illis fiebant omĩa. que figure columna nubis dicunt͛. q͛
fabricã ecclam pnuntiabant quã apls columnã 7 firmamentũ ueritatis appellat. S; qui tunc illis loquebat͛
in columna nubis. nc̃ nob loquit͛ in scabello pedũ. id ÷ p incarnationẽ suã manifestius loqui. 7 apparere dignat͛.
Custodiebant testimonia. e. 7. p. q. d. i. Sane q̃ hos specialit͛ cõmemorat. hec causa ÷ q͛ isti inueniunt͛
orasse p inimicis suis. Moyses eni 7 aaron peccante poplo. iratũ dnm̃ sepius orando inueniunt͛ placasse.
cũ tam̃ illi frequent͛ eos iniuriis afficerent. 7 aliquando etiã lapidare uellent. Samuhel quoq; lugebat
saulẽ inimicũ suũ. q͛ pieciss&et eũ dns. Ex quo colligi dat͛. quantũ apud dm̃ ualeat dilectio inimicor͛.
Custodiebant t. e. 7. p. q. d. i. Ideo cari erant. q͛ pcepta 7 testimonia eius custodiebant 7 eũ supra omĩa
diligebant. sic ipse pcepit. Si diligitis me inquiens. mandata mea seruate. Unde adhuc sequit͛. Dñe ds
nr̃ tu exaudiebas eos. d. t. p. p. f. e. Quib; uerbis ostendit͛ dm̃ scor͛ desideria 7 iustas peticiones sep̃ exau
dire. eis ppitiũ dm̃. si quando ut ÷ mortalis fragilitas aliquid deliquerint. sic tam̃ ut nec minimũ delictũ
patiat͛ remanere inultũ. Unde cũ dixisset. ds tu ppitius fuisti eis. adiunxit c̃tinuo. 7 ulciscens in om̃s ad
inuentiones eor͛. hoc ÷ uindicans. si qd ut ignorantia ut errore aut certe negligentia deliquissent. Istę sr̃
humanę adinuentiones. q̃ aptius alia translatio dicit. ds tu ppitius fuisti eis. 7 uindicans in omĩa studia
eor͛. hoc in ipso moyse impletũ ÷. qui cũ tantã apud dm̃ haberet grãm. ut cũ do facie ad faciẽ loqueret͛.
cũ tam̃ peccasset puocans ad irã dm̃ ad aquas contradictionis. audiuit q͛ ñ credidistis m̃ ut scificaretis me
corã filiis isrt. ñ introduceris hos poplos in terrã quã dabo eis. Est g̊ ppitius electis. ẽ etiã ulciscens. ÷ ppitius ñ so
lũ peccata donando. s; etiã uindicando. Quicq; g̊ scor͛ pficiunt. quãuis in oculis hõiu pfecti uideant͛. no
uit ds quid illis desit. 7 ido ulciscit͛ ppitius. uindicat pius. Exaltate dnm̃ dm̃ nr̃m. Quia inquit bonus ÷.
7 om̃s ing͛ ei mĩa 7 ueritas. exaltate eũ. 7 adorate in monte scõ ei͛. id ÷ in eccla. cui͛ ipse scor͛ scs habitator ÷.
Siue in monte. hoc ÷ in xpo. q̃ ÷ mons ppara͛ in uertice montiũ. In hoc monte adorandus ÷ ds pat͛ q͛ filius
÷ in patre. 7 pat͛ in filio. Hoc ñ faciunt heretici. q̃ filiũ a patre separant. minore ẽ eũ patre mentientes. Hic ÷
dom͛ dñi p paratus in uertice montiũ. q̃ lapis pcisus de monte sine manib; creuit in monte magnũ. 7 impleu
omem terrã. Seqt͛. Qm̃ scs dns ds nr̃. Scs singularit͛. scs ineffabilit͛ q̃ merito scs scor͛ dr͛. q͛ ipse om̃s sci
ficat. Idoq; ipse adorandus ÷. Ipse diligend͛ q̃ nouit dilectores 7 fideles exaudire. eisq; ęt͛na beneficia p
stare.

Confessio duob; modis dr͛. Est eni confessio. cũ peccata nrã c̃fitem͛ 7 dñi clemtiã flebilit͛ imploram͛.
Est etiã confessio cũ de collatis nob beneficiis dm̃ laudam͛. Hic g̊ psalmus in confessione titulatur.
q͛ tot͛ in laude. 7 grãru actione depmit͛. Iubilate dño om̃s t͛ra. Iubilatio ÷ quedã dilatati animi ex
ultatio. q̃ uerbis ostendi ñ potest. s; gestu quodã corporis 7 sola uoce sine sensu aliquo. animi indicat exul
tationẽ. Dilatata g̊ eccla p om̃em mundũ. pcipit ppha ut iubilet dño omis terra. q̃ antea c̃tra eã murmu
rabat. Seruite dño. ñ in murmure. aut tedio mentis. s; i leticia. hoc ÷ i caritate. In leticia do seruit q̃ eũ sup omĩa
7 p͛ximũ sic se ipsũ diligit. Intrate i c̃spectu ei͛ i exultatione. Facile ÷ exultare foris i aspectu hoĩu. ido in
bem͛ intrare. hoc ÷ int͛ i conscientia exultare. ubi ds uidet. Ut ita intrate in c̃spectu ei͛ i exultatioẽ. hoc ÷ sic
uiuite. ut cũ fiducia i die iudicii illi possitis apparere. Hinc iohannes apls. Kmi si cor nrm̃ ñ reprehende
rit nos. fiduciã habebim͛ ad dm̃ in die iudicii. Scitote qm̃ dns ips͛ ÷ ds. Iudeos i crepando alloqt͛. q̃ xpm̃ tan
tũ hoiem ẽẽ dicebant. Non inqt parui pendatis o iudei q̃ dns i assũpto hoie crucifix͛ ÷. scitote q͛ ipse hõ. ipse
÷ ds p quẽ omĩa facta sr̃. Ipse fecit nos cũ ñ eem͛. 7 ñ ipsi nos fecim͛. Ne eni genitorib; nr̃is tribuerem͛ q̃ nati
sum͛. ñ ipsi nos fecim͛. Illi eni ministri natiuitatis nr̃ę. ñ auctores fuer͛. Ceterũ ipse nos fec͛. ipse in hanc
uitã addux͛. Popls ei͛. 7 o. p. e. Popls. q͛ rationales oues. q͛ simplices 7 innocentes. Has oues educ͛ 7 pascit uer͛
pastor q̃ dic͛. Ego sũ pastor bon͛. Pascua u͛ sr̃. diuinarũ scripturarũ refectio. q̃b; fideles animę saginant͛. In
troite portas e. i. c. Portę dñi sr̃ humilis penitentia. Porta eni ÷. ingressus dom͛. Intrem͛ g̊. 7 p̃mo p con
fessionẽ intrem͛. Nã 7 titulus psalmi. scribit͛ in c̃fessione. Atria ei͛. subaudis intrate in hymnis. Portas eccl̃ę

License: CC-BY-NC – St. Gallen, Stiftsbibliothek, Cod. Sang. 312, p. p.%20205 – Remigius of Auxerre, Expositio in psalmos (http://www.e-codices.ch/en/csg/0312/p.%20205)